



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quibus modis, & â quibus committatur furtum, vel non?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XVIII,

DE FURTIS.

§. I.

Quid sit furtum, & quod-
tuplex?

Furtum à Jurisperitis definitur, quòd sit *contrectatio fraudulosa, lucri faciendi causa, vel ipsius rei, vel usùs eius, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere; clarius ac brevius à Theologis furtum definitur, quòd sit occulta acceptio rei alienæ, invito Domino, ita ut ad furtum punibile in foro externo non sufficiat sola voluntas furandi, aut consilium dedisse ad furtum faciendum, nisi acceptio rei alienæ secuta fuerit, (intelligendo tamen acceptiois nomine, etiam detentionem rei alienæ) neque sufficiat sola acceptio rei alienæ, quæ sit v. g. vidente & nihil contradicente Domino, sed debeat esse fraudulosa, vel occulta; neque sufficiat tantùm injustè rem alterius destruetam v. g. fuisse, cum injuriæ reus potius hic sit, quàm furti, quod sit lucri faciendi causa, & debeat esse rei alienæ acceptio, vel usùs, vel possessio, quia in re sua nemo propriè furtum committit, nisi usus, aut possessio ad alium pertineat, uti sit in usufructu, in jure pignoris, &c.*

Furtum autem aliud manifestum est, aliud non manifestum, Manifestum est, quando quis cum re furtiva in loco,

ubi furtum fecit, vel in ipso delicto deprehenditur; non manifestum est, quando fur non est visus in tali loco, & actu, cum re furtiva. De delictis furtorum plura adhuc alij.

§. II.

Quibus modis, & à quibus committatur furtum, vel non?

EX dictis jam patet furtum committi non tantùm si quis vitæ re vitæ, contra voluntatem Domini, quod fieri potest in usu depositi, pignoris, & pluribus aliis casibus, de quibus Civilis, propter varias de jure Civili tutas pœnas. Et quævis de jure Canonico etiam ille furti reus habeatur, qui furti conscius est, & hoc non tantùm Domino, cui res abiata est, sed etiam ne suo gravi incommodo possit. *De sum fure 4. h. t. & argu. c. pœna 47. de sentent. excommunic. ac c. dicitur 6. eod. in 6.* Nulla tamen in tali casu ex jure est obligatio, sed tantùm ex charitate, nisi ex officio talis, ad manifestandum teneretur, aut ex præcepto legitimi Magistratus per inquisitionem generatam procedentis. Vide plura de his quæ Theologos morales vel Auc. Melch. h. §.